



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

1. Quot annos vaticinatus sit Isaias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

Q V A E S T I O I.

Quamdiu vaticinatus sit Isaias.

Isaías, qui & Azarias, regnare cepit, vt teor, aâno ante æram Christi 812. regnauitque annos Chronologicos 52. Ioatham 16. Achaz 15. Ezechias 29. ex quibus colliguntur anni 112. qui si tollantur de 812. relinquunt annum ante Christi Epocham 700. quando ex meis rationibus, Manasses Ezechias successit. Non toto tamen annorum 112. interuallo vaticinatus est Isaias: siquidem ab enthronismo Ozias, suas prophetias non est vaticinatus, vt inter omnes constat. sed queri solet, quoto anno regni Ozias id fe-

Statu q. explicatus

1. Bellarmin. de Script. Eccl. in Isaiâ ex S. Hieronymo in cap. 1. Osee, & Eusebio in Chronico, in communi notat. Osee ante Isaiam prophetasse, sub Ozia, & proinde Isaiam non cepisse ab initio regni Ozias prophetæ munus exercere: Cornelius verò in Harmonia Chronologica, quam commentarijs in Isaiam præfixit, in specie hæc notat. *Isaias, si credimus Eusebio, præcisè cepit prophetare ann. 17. Ozias.* Quod tamen in dubium reuocat Caspar Sanctius, negatque id aperte ex Eusebio, vel aliunde constare. Eusebius enim, dum Osee, & Isaiam in illum annum 17. conijcit, nihil aliud forte intendit, quàm illos tempore Ozias claruisse, vt vnum ex illis aliquem prophetiæ initium dedisse: id autem omnium primo Osee tribuatur, & initio suæ prophetiæ indicasse videtur, cum cecinit: *Principiū loquens Domino in Osee.* Neque occurrit ratio, cur Osee ante illum annum 17. vaticinatus non obinisset, aut eodem anno plures prophetas vaticinari cœpisse dicamus. Imò cum Oseas se vaticinatum sub Ieroboam regē Israel moneat; huius autem regis nulla apud Isaiam fiat mentio: suspicari possumus, Oseam eo tempore oracula edidisse, quo Ozias Iudæis, Ieroboam Israelitis imperabat, Isaiam vero regnante quidem Ozia, sed Ieroboamo iam vita functo ad prophetandum accessisse, vt insinuat Bellarminus, diserteque asserit Tornielius ad an. 3255. num. 2. Salianus an. 3255. num. 1. ad annum Ozias trigesimum.

Quando cepit Isaias prophetare vana opinionis.

3. Imò Gordonus ad annum vltimum Ozias, prima Isaiæ vaticinia differre videtur, vbi: *Isaias, ait, prophetat hinc, vsque ad Manassen, à quo serra dissectus est, & clarus Caspar Sanctius Isaiæ 6. numer. 29. & 30. tradit Isaiam primum prophetasse, non quidem Ozia mortuo, sed eo anno, quo Ozias excessit, adeo, vt in temporis ordinem spectes, initium prophetiarum Isaiæ, ab ea visione, quæ cap. 6. describitur sumendum sit: ea verò, quæ primis quinque capitulis continentur, post illustrem illam visionem prædicta fuerint. Cuius interpretationis patronos laudat S. Hieron. & Carthusianū, assertq; rationem, quia Isaias cap. 1. Optimates Hebræorū, vocat Sodomorū principes. Deinde alia quæ ante c. 6.*


e 2 notata

ppi

ologia
tamenti

V

au



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Phil

Hieron
vet. Test

A 1
17

norata sunt, prophetiæ libertatis plena, ab alijs quam inflammatione videntur oriri potuisse.

*Pulchra
supputatio
S. Hieron.*

4. Verum, ut ab ultimo incipiam, si auctoritate S. Hieronymi oracula quinque primis capitibus consignata ad Ozia tempora referantur, sic autem Dei excelso in folio residentis, ad Ioatham: licentiam S. Hieron. lib. 3. in Isaiam scribit: sub quatuor regibus prophetasse Isaiam super Iudam, primæ visionis titulo demonstratum est, id est, sub Ozia, Ioatham, Achaz & Manasse. Mortuo ergo Ozia, sub quo dicta sunt universa, quæ supra expressimus, scilicet Ioatham, qui regnavit annis 16. & fecit rectum in conspectu Domini, & edificavit excelsam. Quo imperante vidit Isaias sedentem Dominum super thronum & elevatum ut habitum regnantis ostenderet. Eadem inculcat ad quem sequitur Hector Pintus Isaiæ 7. & Torniellus ad ann. m. 7. tradunt Isaiam regnante Ozia, ea prophetasse, quæ primis quinque prophetiæ eius conscripta sunt: quæ vero sexto capite traduntur ad Ioatham: quæ cap. 7. ac etiam fortè octavo, in diebus Achaz, ceteris finem prophetiæ, temporibus Ezechie prænunciata esse.

*Unde tãtus
feruor in
Isaiam.*

5. Libertas & verborum energia, quæ primo capite se prodere videntur. Neque verò calculus iste ori illius adinonebatur, quod in prophetiâ infunderetur; ut expiaretur id, quod tacendo admittitur. Cant illa verba: Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & tuum mundabitur. Isa. 6. v. 7. id est, mundaberis à peccato, ut ibi dicitur interpretatur.

*Non capit
à cap. 6.*

6. Existimo itaque primò, visionem cap. 7. describam, non omnia illa, quæ præcedentibus capitibus habentur. Huius aliter habeo non solum paulo ante laudatos S. Hieronymum, Bellarminum, Gordonum, Torniellum, Salianum, & Cornelium in Chronologia: sed etiam S. Gregorium hom. 14. in Ezechielem v. 11. Ozias rex superbus moritur, Dominus videtur: quia cum mundi huius clariorio mentis occiditur, tunc ipsa mens Dei gloriam contemplatur. Vide nota in v. 1. num. 3.

*Nep. ante
27. Ozia.*

7. Existimo 2. Isaiam ante annum 17. Ozia non edidisse, non sit ratio, quæ id suadeat; imo hoc concessio, vita longior habenda foret. Siquidem ab anno 17. Ozia, vsque ad primò annu circiter 96. numerantur. Quoto autem Ozia anno cœperit regni, ambigo; etsi valde probabile mihi videatur, cum non nisi regno boamo cœpisse. Vltimum autem annum regni & vitæ Jeroboam, Ozia compono.

Obiectio.

8. Dices: quomodo temporibus Ozia, quando Iudei nihil aduersi patiebantur, conuenire possunt oburgationes quibus in eos primis capitibus Vates inuenitur: qualis est ista cap. 1. ver. 5. 6. 7. Super quo percutiam vos ultra addentes figuracionem? omne caput languidum, & omne cor mærens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & liuor, & plaga tumens non est circumligata nec curata medicamine, nec fota oleo. Terra vestra deserta, ciuitates vestrae succensæ igni, &c. Resp. his prophetam alludere ad Ioas & Amasia tempora, quorum ille auus; hic Iosia patens fuit, vterque impius, & idolatriæ vitio infamis, & à suis interfectus. Sub Ioaso, per Syros populo Iudæo plaga graues inflictae sunt, 4 Reg. 12. v. 17. & 20. Sub Amasia vulneribus eorum sanatis noua vulnera addiderunt Israelitæ, vt latè describitur 4. Reg. 12. v. 12. Percussusque est Iuda coram Israel, & fugerunt vnusquisque in tabernaculo suo, Amasia vero regem Iuda filium Ioas. filij Ochozia cepit Ioas rex Israel in Bethsames apud Iuda, & adduxit eum in Ierusalem, & interrupit murum Ierusalem, à porta Ebraam, vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis. Tulitque omne aurum & argentum, & vniuersa vasa, qua inuentæ sunt in domo Domini, & in thesauro regis, & oblatæ & reuersus est in Samariam. Et infra de Amasia rege Iuda, v. 19. Factaque est conuulsio cum conuulsio in Ierusalem, at ille fugit in Lachis. Miseruntque in Lachis, & interfecerunt ibi.

Resp. ad Ioas & Amasia alludit. cap. 1.

Calamitates regni Iuda.

9. Regnante Ozia, cum mortuus esset Ieroboam rex Israel, non nisi inter duo annorum circiter 12. intervallo, successit Ieroboamo parenti suo Zacharias, quem sex menses regno positum interfecit Sellum filius Iabes. Hunc regni inualidum, post mensem dierum trucidat Manahem, qui inter cætera regum parricidijs anne Eli solita tunc percussit Thapsam & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa: noluerunt enim aperire ei, & interfecit omnes pregnantes eius, & scidit eas. 4 Reg. 17. v. 16. Idem ad regnum sibi stabilendum aduocauit Phul Assyriam, ingenti totius Israelitidis damno. ibid. v. 19. & 20. Exacto regni decennio, filium quidem hæredem principatus reliquit, sed hunc post biennium regno & vita spoliavit Phacee, anno 52. Ozia. Quæ tempestas vicinum Iudæ regnum afflavit, cuius vulnera si curata fuissent, Ozias tot occasiones decem tribus ad sceptrum Dauidicum reducendi minimè neglexisset. Vide si placet alias illius loci interpretationes apud Cornelium Isa. 1. v. 5. & alios ibidem rex quibus intellecto facile est, ea quæ Iudæis à Propheta obijciuntur, vltimis Ozia annis non incommode occini potuisse.

Miser statu Israel & Iuda sub Ozia.

Notanda de ordine temporis.

10. Solet quidem Scriptura diuina maximè in Prophetis temporis ordinem negligere, ita vt Prophetia, quæ prius contigit, posterius describatur, & e contrario, vt monet S. Hieronymus ad cap. 25. Ieremiæ, initio: non enim inquit, scribitur Prophetia tempora conseruare, quæ historia leges desiderant, sed scribere vt cumque audi-

ppii

ologia lamenti

V

ou



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Phil

Chron
vet. Test

A 1
17

audientibus, atque lecturis vile nonerant. Vnde & in psalterio male quidem
historia psalmorum requirunt ordinem. Hanc regulam disertè approbat
retus in cap. 21. Ieremiæ, cuius verba ibidem referam. Et in Ezechiel
ad illa verba: Et factum est, in vndecimo anno. Hoc loquendi genus, ut
miam quoque Prophetam reperitur: etenim ille sparsim apponit
priori loco positus, quæ regnante Sedecia gesta sunt, qui postea
rursum quæ ad Ioakim pertinēt recenset. Consentit Hugo & Lyranus
25. Castrus Ilagoge in Ierem, cap. 3. Dionysius Ierem. 25. Cornelius
nus ad annum m. 3140. num. 27. & alij passim. Prolepses tamen, pro
arbitrio, non sunt excogitandæ, neque absque efficaci probatione
dum audiui) concesserim prima quinque Iſaiæ capita, cum omnibus
bus, ordine temporis sexto capiti postponenda. Esto nonnullæ particu
tan inferantur, quæ ad Achaz vel Ezechia tempora spectent. Solam
planiorē videri eorum interpretationem, qui hunc Evangelicum
tam, annis saltem pauculis sub Ozia propheta esse autumant.

Isaias sub
Manasse
ferra dis
solutus.

11. Iſaiam vsque ad Manassæ regnum vitam prodixisse, illiusque
emprum, constans est auctorum sententia, quam adstruit Macrobius
Rom. quo pridie Nonas Iulij hæc pronunciantur: In Iudæa S. Iſaias
sub Manasse rege scelus in duas partes occubuit. S. Hieronymus tom alibi
cem lib. 15. in Iſaiam asserit, hanc esse certissimam apud Hebræos tradit
atque à plurimis Christianorum receptam. Idem tradit Tertullianus
tra Marcionem, S. Epiphanius tom 9. 2. de vita & morte Prophetarum
rus de vita & morte Sanctorum, cap. 57. S. Augustinus lib. 18. civit. cap.
sti Siculi & alij veteres, quibus magno consensu subscribunt recentiores
Bellarminus, Gordonus, Tornjellus, Sanctius, Cornelius, &c.

12. Cur igitur huius prophetiæ exordium Manassæ nomen recitetur,
rex sceleratus exprimi non meruit? An quia exiguo, & quasi nullo tempore
illo prophetavit Iſaias? Hæ causæ graues mihi non videntur, nam & Iſaias
hic nominatur, fuit robustæ improbitatis, & nonnulli auctores Iſaiam
tantum Ozia anno vaticinatum putant. Quamobrem, crediderunt
suppressum Manassæ nomen, quod nullum eorum, quæ in volumine
ta sunt, oraculum sub Manasse Vates ediderit: licet nec populi
guere, nec regem ipsum officij commonefacere destiterit.

Liber eius
ultra 96.
annos non
occurrit.

13. Ex dictis colligo 1. Prophetias hoc Iſaiæ libro contentas, non
ultra 96. annos: plures enim à decimo septimo Ozia, vsque ad Manassæ
parum non effluerunt. 2. Ex eorum ratiocinijs, qui has prophetias
postremo Azaria deducunt, non produci vltra annos 61. quorum pars
nit, partim Ozia, partim Ioatham. 3. Si rationes ad calculos evadant

Non constat quomodo diu prophetas.

tar, non constare, quot annorum vaticinia hic liber complectatur: cum dubium sit, quoto anno regni Ozias primus, quoto Ezechias ultimus fuerit pronunciatum. Illud certum atque indubitatum est Isaiam diu vixisse, eiusque tempore, admiranda quaedam in Orbe contigisse, quae ad annos expansos Ozias breuiter annotaui.

ISAIAE VI. v. 1.

IN anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum &c. & clamabant alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum.

QVÆSTIO II.

Vtrum viuo Ozia hoc vaticinium editum fuerit.

1. Tsi Chaldaeus hic insinuet, & Rabbi Salomon apud Lyranum asserat hæc accidisse eo anno, quo Ozias quasi ciuiliber mortuus, ob lepram à communi hominum consortio separatus est: communis tamen & vera interpretatio hunc locum exponit de morte naturali, quam obiit Ozias anno regni sui 52. ante æram Christi, vt supputo 760. ab Orbe creato 3281. à diluuiio 1625. Nati Abrahæ 1243. ab Exodo 738. Templi fundati 259. Regni Israel 222. Olymp. 5. anno 1. instante vel ineunte Vrbe necdum condita, Cornelius verò ex ea tabula, quam vt probabilem Genesi præfixit, inscribit hoc vaticinium anno m. 316. ante Chr. 314. Torniellus anno m. 3278. à diluuiio 1622. à Templo fundato 256. Regni Israelis 219. Olymp. 1. anno 1. Salianus vnico anno Torniellum præuertit, additque hunc annum fuisse ante æram Christi 777.

Non quædo in leprâ incidit.

2. Superstite adhuc Ozia, hanc visionem S. Vati obigisse putat Sanctius vt q. præced. monebam, cuius sententiam approbare videtur Salianus an. m. 3277. num. 3. incertum esse ait Cornelius hic v. 1. Quod verum esto. Si Scripturæ verba pensemus, quibus Latinè, Hebraicè, Græcè, simpliciter hæc visio tribuitur anno quo mortuus est rex Ozias.

An sub Ozia.

3. M. lo tamen eorum sententiæ subscribere, qui post Ozias mortem hoc vaticinium differunt: quod aperte docet S. Hieronymus q. præc. num. 4. relatus, & epist. 142. ad Damasum. Leproso rege, ait, & quantum in se est, sacerdotium disfructante, Isaias visionem videre non potuit. In eandem interpretationem conspirant S. Chrysostomus, Procopius, Glossa Ordinaria in hunc locum, Origenes hom. 1. in cap. 2. Iudicum, Pintus, Torniellus locis paulo antè indicatis. Accedit Salianus, an. m. 3290. n. 1. qui disertè affirmat totum caput sextum Isaiæ ad Ioatham pertinere, nec posse omnia, quæ primis quinq; capitibus Isaias conscripsit, ad

Conclusio sub I. a. tham.

ppi

ologia
amanti

V
a.